

**4086** Iovi Sabaz. | Q. Nunnius | Alexander | v. s. l. m.

**4087** Q. Nunnius | Alexander | donum dedit | Iovi Sabazio.

*Romae olim in regione Transiberina, arae duae (VI 429. 430 illam nuper Bormann vidit Florentiae).*

*Titulos Iovi optimo maximo Sabazio (Sabadio, Sabasio) dedicatos habes supra N. 2189. 2294.*

**4088** sancto deo Sabazi | d.<sup>1</sup> .. | Attia Celerina d[ed.] (*In latere*) per voce | Pegasi | sacerdot.

*Romae rep. in Capitolio in area monumenti Victorii Emanuelis, aedicula marmorea, in qua dea sedens (VI 30948 = Bull. comunale 1892 p. 364 vidit Huelsen).* — 1) d fortasse trahenda ad versum qui sequitur et inserenda ante ded.

**4089** M. Furius | Clarus | pro salute | filiorum suorum | M. Aureli Clari | et Furiae Clarae | [san]cto invicto | [S]abazi | [M]ercurium | . . . . t.

*Romae rep. sub Capitolio eodem fere loco ubi ea quae praecedit (Lanciani notizie 1889 p. 225; vidit Huelsen VI 30949).*

**4090** magna dunam . . . . .<sup>1</sup> | Sabazzi, Servilia . . . . . | parum videor mag[nitudinem] | tuam dic[itis aequare posse].

*Romae (VI 50950 viderunt Marinius Arv. p. 506 et E. Q. Visconti).* — 1) *Quot litterae perierint, incertum.*

**4091** (*Iupiter in aedicula stans*) numin. Aug. deo Iovi Sa|basio G. Iul. Caras|sounus v. s. l. m.

*Vichy rep., folium (bractea) argenteum litteris bonis, est Saint-Germain in museo (XIII 1496 vidit Hirschfeld). Una reperta sunt multa alia similia folia argentea, ex quibus decem eadem imagine Iovis ornata et in quorum uno etiam eadem inscriptio exarata esse dicitur.*

**4092** deo magno Silvano, Marti, Herculi, | (*intra coronam querceam*) Iovi | Zabasio | (*sub corona*) Antullus.

*In vico Capranica territorii Praenestini (XIV 2894 vidi).*

**4093** L. Luccio<sup>1</sup> L. f. Ter. | Hiberno | Ilvir. iter. qq., patrono, | sacerdoti sacror. Savador., | cur. r. p. Interamnat. Liren., | eorund. et patrono, | iudici CCCC<sup>2</sup> selecto, | Casinates publ. ob merita eius | d. d.

*Casini (X 5197 bis ut videtur descripta saec. XVI. XVII).* — 1) *Luceio alterum apographum; sed Luccium dictum fuisse ostendit titulus X 5198.* — 2) *Quadrigenario.*

**4094** Virius | Marcarianus v. c. deam Cybeben p. s.

*Romae olim, basis statuae Cybeles, nunc Neapoli (VI 515 vidit Mommsen).*

**4095** Praesentiae | Matris deum | P. Septimius | Felix | ob coronam | millesimi | urbis anni.<sup>1</sup>

*Romae rep. trans Tiberim (VI 488 vidit Smetius).* — 1) *Pertinet titulus ad a. 247. Coronae vocabulo Mommsen putat significari, Felicem vicisse ludis saecularibus illo anno editis.*